

Anzeigebblatt

für die Erzdiocese Freiburg.

Nro. 2.

Mittwoch den 22. Januar

1873.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX.

ALLOCUTIO

HABITA DIE XXIII. DECEMBRIS MDCCCLXXII

AD S. R. E. CARDINALES IN AEDIBUS VATICANIS.

Venerabiles Fratres!

Justus et misericors Deus, cujus inscrutabilia judicia et investigabiles viae sunt, sinit adhuc, Apostolicam hanc Sedem totamque cum ipsa Ecclesiam ingemiscere divexatam diuturna saevaue insectatione. Non immutata sane est, sed praegravata quotidie magis conditio Nobis Vobisque facta, Venerabiles Fratres, ab occupatione Nostrarum provinciarum, et potissimum postquam ab annis jam plus duobus haec alma urbs Nostra subtracta fuit paterno regimini Nostro. Jugis autem experientia docuit, quam merito ab ipsis hujus insectationis exordiis, impiarum sectarum machinatione promotae et ab earundem alumnis rerum summa potitis patratae ac provectae, saepe in Allocutionibus Litterisque Nostris Apostolicis asseruerimus aperte, non alia de causa suprema civilis Nostri principatus jura tanto nisu fuisse impetita, nisi ut ita via sterneretur ad abolendum, si fieri posset, spirituale principatum, quo fulgent Petri Successores, delendamque catholicam Ecclesiam ipsumque Christi nomen in illa viventis et regnantis. Clarissime quidem id passim ostensum est ab infensis Subalpini Gubernii gestis; sed in primis ab iniquis illis legibus, quibus vel clerici ab altaribus divulsi suaque privati immunitate ad militiam vocati sunt, vel episcopi proprio destituti fuerunt juventutis instituendae munere suisque alicubi seminariis orbat; tamen lucidior adhuc ejusdem consilii demonstratio nunc Nobis exhibetur. Et sane: in hac ipsa urbe exturbatis ob oculos Nostros, aut etiam violenter depulsis e propria sede compluribus Religiosis Familiis, bonisque Ecclesiae gravissimo subjectis tributo, nutuique mancipatis civilis potestatis; jam nunc Coetui, ut ajunt, Legislativo proposita fuit lex illi non absimilis, quae, non obstantibus Nostris denunciationibus et gravissimis condemnationibus, executioni in reliquis Italiae partibus gradatim demandata, in hoc etiam Catholicae fidei centro Religiosas Familias extinguere debeat, bonaque Ecclesiae addicere fisco et publicae objicere licitationi. Porro lex isthaec, si tamen legis nomine scitum honestare licet ipsi naturali, divino et sociali juri repugnans, multo iniquior et funestior Romae et circumpositis obtingit provinciis. Profundius enim et acrius jura vulnerat et possessiones universalis Ecclesiae, fonti ipsi insidiatur veri cultus socialis, quem Religiosae Familiae immani labore parique constantia et magnanimitate non in regionibus tantum nostris promoverunt et perfecerunt sed ad exterarum quoque gentes et efferatas, posthabitis difficultatibus, molestiis, aerumnis ipsaque vita, attulerunt et porro afferunt: ac demum propius refragatur Apostolatus Nostri debito et juri. Siquidem deletis Religiosis Familiis aut exinanitis, cleroque saeculari ad inopiam redacto et militaris conscriptionis causa rarescente, non solum hic, ut alibi, desiderabuntur qui panem verbi populo frangant, qui fidelibus sacramenta ministrent, qui adolescentiam instituant et muniant adversus in-

numeras insidias ei quotidie structas; sed Romano quoque Pontifici subducentur auxilia quibus, uti universalis magister et pastor, ad totius Ecclesiae regimen tantopere indiget: spoliatio vero Romanae Ecclesiae ea occupabit bona, quae plusquam a nostratum donationibus, ab omnium catholicorum largitate congesta fuerunt et in hoc unitatis centro constituta; atque ita quae Ecclesiae universalis usui et incrementis fuerant addicta, in extraneorum lucrum impie convertentur. Vix itaque didicimus, alterum e Subalpini Gubernii ministris significasse Legislativo Coetui propositum ei subjiciendi legem hujusmodi, monstrosam ejus indolem illico prodidimus per epistolam die 16. Junii hujus anni datam ad Cardinalem Nostrum a Publicis Negociis, ipsique mandavimus, ut novum hoc periculum Nobis impendens, sicuti cetera quae patimur, nuntiaret Legatis apud hanc Sanctam Sedem exterorum Principum. Verum cum proposita jam fuerit comminata lex, exigit omnino munus Apostolatus Nostri, ut editas antea expostulationes coram Vobis, Venerabiles Fratres, et Ecclesia universa elata voce iteremus, uti reapse facimus. Nefarium proinde hoc facinus, in Jesu Christi nomine, cujus vice fungimur in terris, execrantes, auctoritate Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra illud damnamus una cum quolibet schemate legis, quae sibi potestatem arroget angendi, vexandi, minuendi, supprimendi Religiosas Familias Romae et in circumpositis provinciis, ibique Ecclesiam privandi suis bonis, eaque addicendi fisco aut aliter erogandi. Irritum propterea pronunciamus jam nunc quidquid fieri velit contra jura et patrimonium Ecclesiae; cassamque prorsus et nullam declaramus quamlibet praedatorum bonorum acquisitionem quocumque titulo factam, quorum alienationi Apostolica haec Sedes numquam reclamare cessabit. Auctores autem et fautores hujus legis meminerint censurarum poenarumque spiritualium, quas ipso facto incurrendas Apostolicae Constitutiones jurium Ecclesiae invasoribus infligunt; et animae suae, vinculis hisce spiritualibus obligatae, miserti desinant thesaurizare sibi iram in die irae et revelationis justi judicii Dei.

Verum acerrimus, quo perstringimur, dolor ob istas aliasque passim illatas Ecclesiae injurias in Italia, non leviter exacerbatur praeterea a saevis, quibus eadem obnoxia est alibi, persecutionibus; maxime vero in novo Germanico Imperio, ubi non occultis tantum machinationibus, sed aperta quoque vi illi funditus subvertendae adlaboratur. Siquidem viri, qui non modo non profitentur sanctissimam religionem nostram, sed nec ipsam norunt, potestatem sibi vindicant praefiniendi dogmata et jura catholicae Ecclesiae. Et dum eam prae fracte divexant, impudenter asserere non dubitant, nullum illi a se inferri detrimentum: imo calumniam ac irrisionem addentes injuriae, saevientem persecutionem vitio vertere non verentur catholicorum; scilicet, quod eorum Praesules et Clerus una cum fidei populo praeferre renuant civilis Imperii leges et placita sanctissimis Dei et Ecclesiae legibus, et a religioso officio suo desciscere idcirco recusent. Utinam publicarum rerum moderatores diuturna docti experientia sibi tandem suadeant ex eorum subditis neminem accuratius catholicis reddere Caesari quae sunt Caesaris ideo praesertim, quod religiose reddere studeant quae sunt Dei Deo.

Eandem, quam Germanicum Imperium, viam iniisse videtur civilis auctoritas nonnullorum e pagis Helveticae Foederationis, sive decernendo de dogmatibus catholicae fidei, sive favendo apostatis, sive exercitium intercipiendo Episcopalis auctoritatis. Genevensis vero tractus Gubernium, licet solemnibus pacto adstrictum ad custodiendam tuendamque in suo territorio religionem catholicam, postquam per praeteritos annos aliquot edidit leges infensas auctoritati libertatique Ecclesiae, recentius catholicas scholas suppressit, alias et religiosas familiis ejecit, alias docendi munere instituti proprio privavit; nuperrime vero abolere contendit auctoritatem, quam pluribus jam abhinc annis ibi legitime exercet Venerabilis Frater Gaspar Episcopus Hebronensis, eumque spoliare parochiali suo beneficio; imo eo etiam progressum est, ut, publica excitatione proposita, cives illos invitaret et alliceret ad ecclesiasticum regimen schismaticae subvertendum.

Non levia etiam Ecclesia patitur in catholica Hispania a civili potestate. Siquidem didicimus, propositam nuper fuisse, et jam a Legislativo Coetu ratam habitam legem de Cleri dote, qua non modo solemnibus franguntur pacta conventa, sed omnis prorsus recti justique norma proculcatur. Quae lex, cum spectet ad exasperandam inopiam servitutemque Cleri, et ad irritanda augendaque mala illustri illi nationi illata per postremos hosce annos in perniciem fidei et ecclesiasticae disciplinae a deploranda actorum Gubernii serie; sicuti Venerabilium Fratrum in Hispaniis Episcoporum justissimas eorumque firmitate plane dignas querelas jam excitavit, sic Nostras nunc poscit solennes expostulationes.

Tristiora quoque commemoranda forent de exigua illa sed impudentissima schismaticorum Armeniorum manu quae, Constantinopoli praesertim, per audaciam fraudis et violentiae suae opprimere nititur multo copiosiorum eorum numerum, qui constantes in officio et fide permanserunt. Ementito namque catholico nomine, perstant ipsi in perduellione sua adversus supremam Nostram auctoritatem ac legitimum suum Patriarcham, qui eorum artibus ejectus exul ad Nos confugere debuit. Versutia vero sua eam apud civilem potestatem inierunt gratiam, ut non obstantibus Legati nostri extraordinarii illuc ad res componendas missi studio et officiis, ac etiam Litteris Nostris ad serenissimum Turcarum Imperatorem datis, armorum adhibita vi, converterint in proprium usum aliquas et

catholicorum Ecclesiis, coiverint in conciliabulum, sibi que statuerint schismaticum Patriarcham; atque effecerint, ut catholici sua jam priverint immunitate qua hactenus per publica pacta gavisi fuerunt.

De perstrictis tamen hactenus Ecclesiae vexationibus alias Nobis explicatius agendum erit fortasse, si aequissimae Nostrae denunciationes contemni pergant.

Sed tot inter moeroris causas gaudemus, Venerabiles Fratres, recreari vos posse, sicuti et Nos erigimur, ab admirabili constantia et operositate catholici Episcopatus commemoratarum regionum non minus quam ceterarum; quarum Antistites succincti lumbos in veritate et induti loricam justitiae et huic Petri cathedrae devinctissimi nullis territi periculis, nullis aerumnis dejecti, sive singillatim, sive conjunctim, voce, scripto, expostulationibus, pastoralibus litteris, Ecclesiae, Sanctae hujus Sedis, suaque sacra jura fortiter alacriterque propugnant una cum Clero et populo suo fidei; ac injustam vim cohibent, calumnias refellunt, insidias detegunt, frangunt impiorum audaciam, veritatis lucem omnibus ostendunt, confirmant honestos, compactaeque unitatis robur opponunt hostium undique irrumpentium incursui, Nobisque tot Ecclesiae malis afflictis jucundissimum solatium exhibent et potens auxilium. Quod certe validius etiam evadet, si vincula fidei et caritatis, quibus mentes junguntur et affectus, arctiora quotidie et contentiora fieri curentur. Ei porro rei assequendae nemo peropportunum non censeat, ut qui Metropolitana auctoritate ecclesiasticis praesunt provinciis, cum Suffraganeis suis, meliori, qua per adjuncta temporum fieri possit, ratione consilia conferant, per quae se invicem omnes in eadem mente eademque sententia obstringant et confirment, et ad difficile certamen contra impietatis ausus efficacius obeundum unanimi nisu se comparent.

Visitavit profecto nos Dominus, Venerabiles Fratres, in gladio suo duro et grandi et forti; ascenditque fumus in ira ejus et ignis a facie ejus exarsit. Sed numquid in aeternum projiciet Deus, aut non adponet ut complacitior sit adhuc? Absit: Non enim obliviscitur misereri Dominus, nec continet in ira misericordias suas; sed qui multus est ad ignoscendum, ac propitiatur invocantibus eum in veritate; effundet in nos divitias misericordiae suae. Divinam iram acceptabili hoc Dominici adventus tempore placare studeamus; Regique pacifico, qui proxime venturus est ut pacem annunciet hominibus bonae voluntatis, in novitate vitae ambulantes humiliter occurramus. Justus et misericors Deus, cujus arcana dispositione nati sumus videre contritionem populi nostri et contritionem civitatis sanctae, et sedere illic cum datur in manibus inimicorum, ipse inclinet aurem suam et audiat, aperiat oculos suos et videat desolationem nostram et civitatem, super quam invocatum est nomen Ejus.

Den f. g. „Altkatholicismus“ betr.

An den hochwürdigen Clerus der Erzdiöcese:

Wie bekannt sucht man die kirchenfeindliche sektirerische f. g. „alkatholische“ oder besser neuprotestantische Bewegung auf's Neue in Fluß zu bringen. Der Wolf, der in den Schafstall des Herrn eindringen und da Verwüstung anrichten will, hüllt sich in den Schafspelz. Das katholische Volk soll unter der Maske des „Altkatholicismus“ und unter arglistiger Entstellung der katholischen Lehre zum Abfall vom wahren katholischen Glauben gebracht werden.

Von Anfang an hat sich die „alkatholische“ oder neuprotestantische Bewegung als ein Werk des Widerspruchs und der Lüge gebrandmarkt. Liegt ihr doch nicht so fast ein religiös-kirchliches Interesse, als vielmehr eine politisch-kirchliche Agitation zu Grunde, durch welche die Errichtung einer f. g. deutschen Nationalkirche angebahnt und eingeleitet werden soll. Dazu gesellt sich das Bestreben der widerchristlichen Partei und insbesondere der geheimen Gesellschaften, die römisch-katholische Kirche als das festeste Bollwerk und die eigentliche Trägerin des positiven Christenthums aufzulösen und zu zerstören, um so die menschliche Gesellschaft zu entchristlichen und einem neuen Heidenthum preiszugeben.

Wie dem gesammten Clerus, so schwebt auch dem bei weitem größten Theile der Gläubigen der Erzdiöcese gewiß der eigentliche Zielpunkt der f. g. „alkatholischen“ Bewegung vor Augen, und er wird sich deshalb durch die neuesten Bestrebungen nicht berücken und beirren lassen.

Da es aber auch unwissende, schwache, wankende, von Andern abhängige, moralisch leichtfertige und darum leichter verführbare Personen gibt, so erscheint es doch als oberhirtliche Pflicht, die hochwürdigen Seelsorger zu veranlassen, da, wo sie es für angemessen erachten, in geeigneter Weise die Gläubigen vor jeder Betheiligung an der f. g. „alkatholischen“ Bewegung und insbesondere vor Theilnahme an dem schismatischen, häretischen und sacrilegischen Gottesdienst eines von der Kirche abgefallenen, mit dem großen Kirchenbann belasteten Priesters nachdrucksamst zu warnen und denselben zu erklären, daß ein Jeder, welcher trotz aller ernstlichen und liebevollen Belehrung und Warnung hartnäckig dieser f. g. „alkatholischen“ Bewegung sich anschließt, eben dadurch von der katholischen Kirche abfällt, von ihrer Gemeinschaft sich lossagt, und dadurch auch der kirchlichen Gnaden und Wohlthaten, Rechte und Güter sich verlustig macht. Man kann unumöglich ein Glied, ein Kind der katholischen Kirche, und zugleich ein hartnäckiger Anhänger einer Sekte sein.

Es gibt nur Eine katholische Kirche. Das ist die von dem Sohne Gottes Jesus Christus gestiftete, sichtbare, auf den Felsen Petrus gegründete, vom hl. Geiste geleitete Eine, heilige, katholische und apostolische Kirche. Sie ist die Gesellschaft aller rechtgläubigen Christen, welche durch den Gebrauch derselben Güter des Heiles unter Einem sichtbarem Oberhaupte, dem römischen Papst als dem Nachfolger Petri und Statthalter Christi und unter den mit diesem verbundenen Bischöfen, zu einer die ganze Welt umfassenden Gemeinschaft verbunden sind. Es ist nicht eine auf diese oder jene Nation beschränkte Kirche, sondern es ist die große Weltkirche, die alle Völker der Erde in ihrem Schooße zu vereinigen bestimmt ist. Wer sich von ihr trennt, wer nicht mehr römisch-katholisch ist, der hört überhaupt auf, katholisch zu sein.

Katholisch ist nur der, welcher dem vom Gottmenschen in Seiner Kirche eingesetzten und unter den Beistand des hl. Geistes gestellten und darum unfehlbaren Lehramte und dessen Glaubensentscheidungen sich unterwirft, und Alles glaubt, was Gott geoffenbart hat und durch Seine Kirche uns zu glauben vorstellt. Wer von dieser katholischen Glaubensregel abweicht, vielmehr seinen Glauben nach seinem oder Anderer Gutdünken sich bildet, huldigt dem protestantischen Grundsatz der freien Forschung, wodurch folgerichtig die Einheit des Glaubens aufgehoben und die Zersplitterung in die verschiedenartigsten Sekten angebahnt wird.

Wem der Fels, auf den Christus Seine Kirche gebaut und durch den Er ihr die Einheit und eine unerschütterliche Festigkeit verliehen, ein Stein des Anstoßes und des Strauchelns wird, der kann unmöglich vom katholischen Geiste bejeelt sein. Und wer den apostolischen Hirten der Kirche in Sachen der Religion den Gehorsam und die Unterwürfigkeit versagt und die kirchliche Verfassung umzustürzen sucht, der ist ein kirchlicher Rebell nicht minder, als derjenige ein politischer Rebell ist, der gegen seinen rechtmäßigen Landesherrn sich auflehnt, an eine revolutionäre Bewegung sich anschließt, und die Grundlagen und die Verfassung des Staates zerstört.

Wer an der kirchlich revolutionären s. g. „altkatholischen“ Bewegung hartnäckig sich betheiliget, der hat offenbar am katholischen Glauben Schiffbruch gelitten, und es kann auf solche angewendet werden das Wort des Jüngers der Liebe: „Sie sind von uns ausgegangen, aber sie waren nicht von uns: denn wären sie von uns gewesen, so wären sie bei uns geblieben; aber auf daß sie offenbar würden, indem nicht Alle von uns sind.“ 1 Joh. 2, 19.

Die hochwürdigen Seelsorger werden in der Zeit der Glaubensprüfung und Scheidung der Geister durch gründliche und faßliche Vorträge über die Lehre von der Kirche, durch Verbreitung belehrender Schriften, durch liebevolle Zusprüche bei passender Gelegenheit dahin wirken, daß ihre Gläubigen nicht „getrieben werden von jedem Winde der Lehre, durch Trug der Menschen, durch Arglist mit Kunstgriffen der Verführung, sondern daß sie, Wahrheit ühend in Liebe, an Allem zunehmen in Ihm, der das Haupt ist, Christus.“ Ephes. 4. 14 15. Und zu den Gläubigen der Erzdiocese hegen wir das Vertrauen, daß sie, hörend auf das Wort ihrer Hirten, treu festhalten am hl. römisch-katholischen Glauben und fortan bestrebt sind, denselben zu Bethätigen durch ein offenes muthiges Bekenntniß und ein frommes, christliches und kirchliches Leben. Dazu möge der Herr durch die Fürsprache seiner hochgebenedeiten Mutter Allen die Gnade verleihen!

Freiburg, den 16. Januar 1873.

† **Lothar v. Kübel,**
Erzbisthumsverweser.

Die Sicherstellung kirchlicher Vermögensrechte in Mörsch und andern Gemeinden des Amtsbezirks
Ettlingen betr.

Nro. 1090. Es ist mehrfach vorgekommen, daß von Gemeinden bei Amtsgerichten öffentliche Aufforderungen und Ausschlußerkennnisse erwirkt wurden bezüglich solcher Liegenschaften, woran Pfarreien, kirchlichen Stiftungen oder Kirchspielsgemeinden Eigenthums- oder Benützungrechte zustehen und wurden in dieser Weise sogar Kirchen und Pfarrhäuser behandelt, obgleich das öffentliche Aufforderungsverfahren in Fällen, wo von kirchlichen Körperschaften öffentlich Rechte ausgeübt werden, nach § 684 der bürgerlichen Prozeßordnung nicht Platz greifen kann.

Wir fordern deshalb sämtliche Pfarrämter und Stiftungs-Commissionen auf, die in den amtsgerichtlichen Verkündigungsblättern erfolgenden Ausschreibungen der bezeichneten Art genau zu beachten, und wo kirchliche Rechte dadurch berührt werden sollten, hiewegen alsbald anher Vorlage zu machen.

Karlsruhe den 14. Januar 1873.

Katholischer Oberstiftungsrath.

Schäuble.

Bühler.